



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

10. De eiusdem spiritualibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

re, siue propter Deum, non ob humanum *da misericordiam* aliquem respectum cognationis, affinitatis, priuati amoris, &c. 2. Abundanter, *secū cessaria*. dum cuiusque facultates, & proximorum 1. *Propter necessitates*. 3. Alacriter: hilarem enim *da Deum*. torem diligit Deus. 4. Cum magna humi- 2. *Abundanter*. litate. Diues enim dat rem vilem, & acci- *danter*. pit regnum cœlorum; Vnde non est, quod 3. *Hilariter* pauperibus se præferat, quia plus ab illis ac 4. *Humiliter*. cipit, quàm donet. 5. Ex bonis proprijs, nō *liter*. alienis; secūs si fiat (ait B. Isidorus) non est 5. *Ex bonis* officium miserationis, sed emolumentum *proprijs*. tum magnum sceleris. 6. Sine spe remun- 6. *Sine spe* rationis sibi à proximo faciendæ: alio- *remunerationis*. qui mutuum esset, non eleēmosyna. Po- *tionis*. testamen à paupere sperari oratio. Vtile autem est ad has conditiones exactè seruandas, non in quouis paupere quantumuis vili, & lacero, Christum Dominum mentis oculis intueri; qui dixit, iuramento etiam interposito, ad fidem magis omnibus faciendam; Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

PARS X.

De spiritualibus misericordiae operibus.

Ignorantes docere, peccantes corrigere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi Deum orare, mœstos cōsolari, *ferre*

*Vix vlli ab
exercendis
his Miseri-
cordie ope-
ribus excu-
santur.*

ferre patienter iniurias, offensam remitte-
re, opera sunt misericordiae ad salutem ani-
mę pertinentia, quę eò prioribus excellūt,
quo anima corpore prestat, & quo anima-
rum salus curę Deo magis est quàm corpo-
rum. Et quidem si expenuria & paupertate
excusari nonnulli possunt ab executione
corporalis misericordiae; à spirituali tamē
præstāda misericordia vix possunt vlli ex-
cusari; & minimum certē apud Deum ex-
cusabuntur Sodales, literatiq; viri, si cum
facultas datur (& datur ea sæpē) eam præ-
stare omiserint. Quocircā ingenij, iudicij,
memorię, eloquentię, scientiæq; munera,
tanquam credita sibi à Deo talenta, ad su-
am, & aliorum salutem expendere debent,
nunquam verò in terra desodere, occulta-
reve, nisi plagis vapulare multis velint;
multò verò minus in suā aliorumve perni-
ciem (quod diabolicum planē est) cōverte-
re. Duo autē potissima sunt spiritualis mi-
sericordiae officia; Ignorantes docere, &
peccantes corrigere; hoc est, ab errore ad
veritatem, & à peccato ad virtutem proxi-
mos inducere. Primum fit exponēdis Chri-
stianę fidei elementis, siue catechizandis
rudibus in ijs quę ad fidem de Mysterio S.
Trinitatis, de Incarnatione filij Dei, de pec-
cato originali, de generis humani per Chri-
stum mediatorem redemptione, de animę
immo-

immortalitate, de gloria æterna promissa bonis, & æterna gehenna præparata malis; Item de reali præsentia Christi IESU in Eucharistia, & alijs id genus ad fidem, & salutem necessarijs. Secundum verò declarādis Decalogi, & Ecclesiæ præceptis, Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ necessitate, usu, & fructu; operibus Iustitiæ Christianæ, quatuor Nouissimis, &c. Ad *Quomodo* hæc autem alacrius obeunda, in memoriā *peccantes* reuocanda est primum dignitas animarū *corrigendi*.
 2. Christi IESU vita & labores & mors pro earum salute suscepta. 3. Gloriæ magnitudo proposita ijs, qui hæc caritatis officia proximis detulerint. Qui docti fuerint (ait Daniel) fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad Iustitiam erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

 PARS XI.

*Quæ caritas & sibi, & alijs infirmis
 Christianè exercenda sit.*

NULLA maior exercendæ caritatis vel sibi, vel alijs imposita est Christiano homini necessitas, quàm in graui aliqua infirmitate corporis, vt animæ benè & maturè consulatur.

Q

Prima